et hic piátos sórdibus
reddat polórum sédibus.

Ut, quique sacratíssimo
huius diéi témpore
horis quiétis psállimus,
donis beátis múneret.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

## II. Quando Officium lectionis canitur diurno tempore (eadem tono):

Dies ætásque céteris
octáva splendet sánctior
in te quam, Iesu, cónsecras,
primítiæ surgéntium.

Tu tibi nostras ánimas
nunc primo conresúscita;
tibi consúrgant córpora
secúnda morte líbera.

Tibíque mox in núbibus,
Christe, ferámur óbviam
tecum victúri pérpetim:
tu vita, resurréctio.

Cuius vidéntes fáciem,
configurémur glóriæ;
te cognoscámus sicut es,
lux vera et suávitas.

Regnum, cum Patri tráditos,
plenos septéno chrísmate,
in temet nos lætíficas,
consúmmet sancta Trínitas. Amen.

### Psalmodia

*Ps 144, 2*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 165






## Psalmus 144 (145)
## Laus divinæ maiestatis

*Iustus es, qui es et qui eras, Sanctus (Ap 16, 5).*

### I

Exaltábo te, Deus meus rex, †
    et benedícam nómini **tuo** *
    in sæculum et in sæ*culum* **sæ**culi.
Per síngulos dies benedícam tibi †
    et laudábo nomen **tu**um *
    in sæculum et in sæ*culum* **sæ**culi.
Magnus Dóminus et laudábilis **ni**mis, *
    et magnitúdinis eius non est in*vesti***gá**tio.
Generátio generatióni laudábit ópera **tu**a, *
    et poténtiam tuam pro*nunti***á**bunt.
Magnificéntiam glóriæ maiestátis tuæ lo**quén**tur *
    et mirabília tua *enar***rá**bunt.
Et virtútem terribílium tuórum **di**cent *
    et magnitúdinem tu*am nar***rá**bunt.
Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eruc**tá**bunt *
    et iustítia tua *exsul***tá**bunt.
Miserátor et miséricors **Dó**minus, *
    longánimis et multæ mi*seri***córd**iæ.
Suávis Dóminus uni**vér**sis, *
    et miseratiónes eius super ómnia *ópera* **ei**us.

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 22




II

Confiteántur tibi, Dómine, ómnia **ó**pera **tu**a; *
et sancti tui bene**dí**cant **ti**bi.
Glóriam regni **tui** **di**cant *
et poténtiam **tu**am lo**quán**tur,
ut notas fáciant fíliis hóminum po**tén**tias **tu**as *
et glóriam magnificéntiæ **regni** **tu**i.
Regnum tuum regnum ómnium **sæ**cu**ló**rum, *
et dominátio tua in omnem generatiónem et gene**ra**ti**ó**nem.

Antiphonale Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ (1912) p. 179




III

(non repetitur) Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis *
et sanctus in ómnibus opéribus suis.

† Allevat Dóminus om*nes qui* **cór**ruunt *
  et érigit omnes de**préss**os.
Oculi ómnium *in te* **spe**rant, *
  et tu das illis escam in témpore oppor**tú**no.
Aperis tu *manum* **tu**am *
  et imples omne ánimal in bene**plá**cito.
Iustus Dóminus in ómnibus *viis* **su**is *
  et sanctus in ómnibus opéribus **su**is.
Prope est Dóminus ómnibus invocán*tibus* **e**um, *
  ómnibus invocántibus eum in veri**tá**te.
Voluntátem timéntium se fáciet †
  et deprecatiónem eó*rum ex***áu**diet *
  et salvos fáciet **e**os.
Custódit Dóminus omnes *dili***gén**tes se *
  et omnes peccatóres dis**pér**det.
Laudatiónem Dómini loquétur os meum, †
  et benedícat omnis caro nómini *sancto* **e**ius *
  in sæculum et in sæculum **sæ**culi.

V/. Auscúlta, fili mi, sermónes meos.
R/. Et ad elóquia mea inclína aurem tuam.

LECTIO PRIOR — Incipit liber primus Machabæórum 1, 1-24

*Victoria et superbia Græcorum*

Factum est, postquam percússit Alexánder Philíppi Mácedo, qui prius regnávit in Græcia, egréssus de terra Cetthim, Daríum regem Persárum et Medórum, constítuit prœlia multa et obtínuit munitiónes et interfécit reges terræ; et pertránsiit usque ad fines terræ et accépit spólia multitúdinis géntium, et síluit terra in conspéctu eius, et exaltátum est et elevátum est cor eius. Et congregávit virtútem fortem nimis et obtínuit regiónes géntium et tyránnos, et facti sunt illi in tribútum. Et post hæc décidit in lectum et cognóvit quia morerétur; et vocávit púeros suos nóbiles,

qui secum erant nutríti a iuventúte, et divísit illis regnum suum, cum adhuc víveret. Et regnávit Alexánder annis duódecim et mórtuus est. Et obtinuérunt púeri eius regnum, unusquísque in loco suo; et imposuérunt omnes sibi diadémata post mortem eius, et fílii eórum post eos annis multis. Et multiplicáta sunt mala in terra.

Et éxiit ex eis radix peccátrix, Antíochus Epíphanes fílius Antíochi regis, qui fúerat Romæ obses, et regnávit in anno centésimo tricésimo séptimo regni Græcórum. In diébus illis exiérunt ex Israel fílii iníqui et suasérunt multis dicéntes: «Eámus et disponámus testaméntum cum géntibus, quæ circa nos sunt, quia, ex quo recéssimus ab eis, invenérunt nos multa mala». Et bonus visus est sermo in óculis eórum; et destinavérunt áliqui de pópulo et abiérunt ad regem, et dedit illis potestátem, ut fácerent iustítias géntium. Et ædificavérunt gymnásium in Hierosólymis secúndum leges natiónum; et fecérunt sibi præpútia et recessérunt a testaménto sancto et iuncti sunt natiónibus et venúmdati sunt, ut fácerent malum.

Et parátum est regnum in conspéctu Antíochi, et cœpit regnáre in terra Ægýpti, ut regnáret super duo regna. Et intrávit in Ægýptum in multitúdine gravi, in cúrribus et elephántis et equítibus et návium multitúdine; et constítuit bellum advérsus Ptolemæum regem Ægýpti, et véritus est Ptolemæus a fácie eius et fugit, et cecidérunt vulneráti multi. Et comprehendérunt civitátes munítas in terra Ægýpti, et accépit spólia terræ Ægýpti. Et revérsus est Antíochus, postquam percússit Ægýptum in centésimo et quadragésimo tértio anno, et ascéndit ad Israel et ad Hierosólyma in multitúdine gravi et intrávit in sanctificatiónem cum supérbia et accépit altáre áureum et candelábrum lúminis et univérsa vasa eius et mensam propositiónis et libatória et phíalas et páteras áureas et velum et corónas et ornaméntum áureum, quod in fácie templi erat; et commínuit ómnia. Et accépit argéntum et aurum et vasa concupiscibília et accépit thesáuros occúltos, quos invénit; et, sublátis ómnibus, ábiit in terram suam et fecit cædem hóminum et locútus est supérbia magna.

## Responsorium — 2 Mac 7, 33; Hebr 12, 11

R/. Si nobis propter increpatiónem et correptiónem Deus noster módicum irátus est, * Iterum reconciliábitur Dóminus servis suis.

V/. Omnis disciplína in præsénti vidétur esse mæróris; póstea autem fructum reddit iustítiæ. * Iterum.

## Lectio altera

Ex Constitutióne pastorāli Gáudium et spes Concílii Vaticáni secúndi de Ecclésia in mundo huius témporis (N. 78)

### De pace fovenda

Pax non est mera abséntia belli, neque ad solum adversárum vírium æquilíbrium stabiliéndum redúcitur neque ex imperióso dominátu óritur, sed recte propriéque dícitur opus iustítiæ. Fructus exsístit órdinis, humánæ societáti a divíno suo fundatóre ínsiti et ab homínibus perfectiórem semper iustítiam sitiéntibus in actum deducéndi. Cum enim géneris humáni bonum commúne primária quidem sua ratióne lege ætérna regátur, sed, quoad id quod concréte éxigit, progrediénte témpore incessántibus mutatiónibus subiciátur, numquam pax pro semper acquisíta est, sed perpétuo ædificánda. Cum ínsuper lábilis sit humána volúntas necnon peccáto sauciáta, procurátio pacis constántem uniuscuiúsque expóscit passiónum dominatiónem et legítimæ auctoritátis invigilántiam.

Hoc tamen non súfficit. Pax hæc in terris obtinéri non potest nisi bonum personárum in tuto collocétur et hómines cum fidúcia divítias sui ánimi atque ingénii inter se sponte commúnicent. Firma volúntas álios hómines et pópulos eorúmque dignitátem reveréndi studiosúmque fraternitátis exercítium ad pacem construéndam omníno necessária sunt. Ita pax fructus étiam amóris exsístit, qui ultra ea progréditur quæ iustítia præstáre valet. Pax autem terréna, quæ ex dilectióne próximi óritur, figúra et efféctus est pacis Christi, a Deo Patre promanántis. Ipse enim Fílius incarnátus, princeps pacis, per crucem suam omnes hómines

Deo reconciliávit ac, restítuens ómnium unitátem in uno pópulo et uno córpore, in própria sua carne occídit ódium et, resurrectióne exaltátus, Spíritum caritátis in corda hóminum diffúdit.

Quaprópter omnes christiáni eníxe evocántur ut, veritátem faciéntes in caritáte, cum homínibus vere pacíficis sese úniant ad pacem implorándam et instaurándam. Eódem spíritu moti, non póssumus non laudáre eos, qui in iúribus vindicándis actióni violéntæ renuntiántes, ad média defensiónis recúrrunt quæ ceteróquin étiam debilióribus præsto sunt, dúmmodo hoc sine læsióne iúrium et obligatiónum aliórum vel communitátis fíeri possit.

RESPONSORIUM — Cf. 1 Chr 29, 11. 12; cf. Sir 50, 25; 2 Mac 1, 24

R/. Tua est poténtia, tuum regnum, Dómine; tu es super
omnes gentes. * Da pacem, Dómine, in diébus nostris.

V/. Dómine Deus, ómnium creátor, terríbilis et
fortis, iustus et miséricors. * Da pacem.

HYMNUS Te Deum, 212.

## Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur, † tríbue, quæsumus, nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

## AD LAUDES MATUTINAS

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 184




culpam dí-lu- it. 5. Ie-su, labán tes réspi-ce et nos
vi-déndo cór- ri-ge ; si réspi-cis, lapsus cadunt fle-túque
culpa sólvi- tur. 6. Tu, lux, re-fúl-ge sénsibus mentísque
somnum dís-cu-te ; te nostra vox primum sonet et
vo-ta solvámus ti-bi. 7. Sit, Christe, rex pi-íssime,
ti-bi Patríque gló- ri-a cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, in
sempi-térna sæ-cu-la. A- men.

*Ps 92, 1*

Psautier Monastique (1982) p. 418







## Psalmus 92 (93)
## Magnificentia Domini creatoris

Regnavit Dominus, De*us noster omnipotens. Gaudeamus et exsultemus et demus gloriam ei (*Ap 19, 6. 7).

Dóminus regnávit! Decó*rem in***dú**tus est; *
  indútus est Dóminus, fortitú*dine præ***cín**xit se.
Etenim firmávit *orbem* **ter**ræ, *
  qui *non commo***vé**bitur.
Firmáta sedes *tua* **ex** tunc, *
  a *sæculo* **tu** es.
Elevavérunt flúmina, Dómine, †
  elevavérunt flúmina *vocem* **su**am, *
  elevavérunt flúmina *fragórem* **su**um.
Super voces aquárum multárum, †
  super poténtes elatió*nes* **ma**ris, *
  potens *in altis* **Dó**minus.
Testimónia tua credibília fac*ta sunt* **ni**mis; *
  domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitú*dinem di***é**rum.

*Cf. Dan 3, 57*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 35




## Canticum Dan 3, 57-88. 56
## Omnis creatura laudet Dominum

*Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius (Ap 19, 5).*

Benedícite, ómnia ópera Dó*mini,* **Dó**mino, *
laudáte et superexaltáte **e**um in **sæ**cula.
Benedícite, *cæli*, **Dó**mino, *
benedícite, ángeli **Dó**mini, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes, quæ super cæ*los sunt,* **Dó**mino, *
benedícat omnis **vir**tus **Dó**mino.
Benedícite, sol et *luna*, **Dó**mino, *
benedícite, stellæ **cæ**li, **Dó**mino.
Benedícite, omnis imber *et ros,* **Dó**mino, *
benedícite, omnes **ven**ti, **Dó**mino.
Benedícite, ignis et *æstus*, **Dó**mino, *
benedícite, frigus et **æ**stus, **Dó**mino.
Benedícite, rores et pru*ína,* **Dó**mino, *
benedícite, gelu et **fri**gus, **Dó**mino.
Benedícite, glácies et *nives*, **Dó**mino, *
benedícite, noctes et **di**es, **Dó**mino.
Benedícite, lux et té*nebræ,* **Dó**mino, *
benedícite, fúlgura et **nu**bes, **Dó**mino.

Benedícat *terra* **Dó**minum, *
laudet et superexáltet **e**um in **sæ**cula.
Benedícite, montes et *colles*, **Dó**mino, *
benedícite, univérsa germinántia in **ter**ra, **Dó**mino.
Benedícite, mária et flú*mina*, **Dó**mino, *
benedícite, **fon**tes, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur in *aquis*, **Dó**mino, *
benedícite, omnes vólucres **cæ**li, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et pé*cora*, **Dó**mino, *
benedícite, fílii **hó**minum, **Dó**mino.
Bénedic, Is*rael*, **Dó**mino, *
laudáte et superexaltáte **e**um in **sæ**cula.
Benedícite, sacerdótes Dó*mini*, **Dó**mino, *
benedícite, servi **Dó**mini, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ ius*tórum*, **Dó**mino, *
benedícite, sancti et húmiles **cor**de, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, Mí*sael*, **Dó**mino, *
laudáte et superexaltáte **e**um in **sæ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium cum *Sancto* **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus **e**um in **sæ**cula.
Benedíctus es in firma*ménto* **cæ**li *
et laudábilis et glori**ó**sus in **sæ**cula.

In fine huius cancici non dicitur Glória Patri.

*Ps 148,1*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 64




## Psalmus 148
## Præconium Domini creatoris

*Sedenti super thronum et Agno benedictio et honor et gloria et potestas in sæcula sæculorum (Ap 5, 13).*

(non repetitur) Laudáte Dóminum de cælis, *
† laudáte eum *in ex***cél**sis.
Laudáte eum, omnes **án**geli **e**ius, *
laudáte eum, omnes vir*tútes* **e**ius.
Laudáte eum, **sol** et **lu**na, *
laudáte eum, omnes stel*læ lu***cén**tes.
Laudáte eum, **cæ**li cæ**ló**rum, *
et aquæ omnes, quæ *super* **cæ**los sunt.
Laudent **no**men **Dó**mini, *
quia ipse mandávit, *et cre***á**ta sunt;
státuit ea in ætérnum et in **sæ**culum **sæ**culi *
præcéptum pósuit, et non *præter***í**bit.
Laudáte Dómi**num** de **ter**ra, *
dracónes et om*nes a***blý**ssi,
ignis, **gran**do, nix, **fu**mus, *
spíritus procellárum, qui facit *verbum* **e**ius,
montes et **om**nes **col**les, *
ligna fructífera et *omnes* **ced**ri,
béstiæ et uni**vér**sa **pé**cora, *
serpéntes et vólu*cres pen***ná**tæ.
Reges terræ et **om**nes **pó**puli, *
príncipes et omnes iú*dices* **ter**ræ,
iúven**es** et **vír**gines, *
senes cum *iuni***ó**ribus,
laudent **no**men **Dó**mini, *
quia exaltátum est nomen e*ius so***lí**us.
Magnificéntia eius super **cæ**lum et **ter**ram, *
et exaltávit cornu pó*puli* **su**i.
Hymnus ómnibus **sanc**tis **e**ius, *
fíliis Israel, pópulo, qui propín*quus est* **e**i.

LECTIO BREVIS — Ez 37, 12b-14

## LECTIO BREVIS — Ez 37, 12b-14

Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego apériam túmulos vestros et edúcam vos de sepúlcris vestris, pópulus meus, et indúcam vos in terram Israel; et sciétis quia ego Dóminus, cum aperúero sepúlcra vestra et edúxero vos de túmulis vestris, pópulus meus. Et dabo spíritum meum in vobis, et vivétis, et collocábo vos super humum vestram, et sciétis quia ego Dóminus. Locútus sum et fácio, ait Dóminus Deus.

*cf. Mt 16, 16*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 41

R/. br.




*Mt 23, 8-10*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 143

BA.IVe






## Preces

Deum, qui misit Spíritum Sanctum, ut fíeret lux beatíssima ómnium córdium, deprecémur instántes:

R/. Illúmina pópulum tuum, Dómine.

Benedíctus es, Deus, lux nostra, * qui propter glóriam tuam ad diem novum nos perveníre fecísti. R/.

Tu, qui per resurrectiónem Fílii tui mundum illuminásti, * per Ecclésiam tuam in omnes hómines hoc lumen effúnde. R/.

Qui Unigéniti tui discípulos per tuum Spíritum clarificásti, * hunc emítte in Ecclésiam tuam, quæ sit tibi fidélis. R/.

O lumen géntium, meménto eórum, qui adhuc in ténebris commorántur, * óculos áperi cordis eórum, ut te solum Deum verum agnóscant. R/.

Pater noster.

### Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur, † tríbue, quæsumus, nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 185




Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessiónem pérsonent,
flamméscat igne cáritas,
accéndat ardor próximos.

Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore. Amen.

## Psalmodia

*Ps 119, 1*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 220




### Psalmus 119 (120)
### Desiderium pacis

*In tribulatione patientes, orationi instantes (Rom 12, 12).*

Ad Dóminum, cum tribulárer, cla**má**vi, *
    et **exaudí**vit me.
Dómine, líbera ánimam meam a lábiis men**dá**cii, *
    a **lin**gua dol**ó**sa.
Quid detur tibi aut quid apponátur **ti**bi, *
    **lin**gua dol**ó**sa?
Sagíttæ poténtis a**cú**tæ *
    cum carbónibus iu**ni**pe**ró**rum.
Heu mihi, quia peregrinátus sum in **Mo**soch, *
    habitávi ad taber**ná**cula **Ce**dar!
Multum íncola fuit ánima **me**a *
    cum his, qui od**é**runt **pa**cem.
Ego eram pa**cí**ficus; *
    cum loquébar, illi **im**pugn**á**bant me.

*Ps 120, 2*

Psautier Monastique (1982) p. 570




## Psalmus 120 (121)
## Custos populi

*Non esurient amplius, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol neque ullus æstus (Ap 7, 16).*

Levábo óculos **me**os in **mon**tes: *
    unde véniet aux*ílium* **mi**hi?

Auxílium **me**um a **Dó**mino, *
  qui fecit cæ*lum et* **ter**ram.
Non dabit in commotiónem **pe**dem **tu**um, *
  neque dormitábit, *qui cus***tó**dit te.
Ecce non dormitábit **ne**que **dór**miet, *
  qui cus*tódit* **Is**rael.
Dóminus custódit te, †
  Dóminus um**brá**culum **tu**um, *
  ad manum déx*teram* **tu**am.
Per diem sol non per**cú**tiet te, *
  neque lu*na per* **noc**tem.
Dóminus custódiet te ab **om**ni **ma**lo; *
  custódiet ánimam *tuam* **Dó**minus.
Dóminus custódiet intróitum tuum et **éx**itum **tu**um *
  ex hoc nunc et us*que in* **sæ**culum.

*Ps 121, 1*

Psautier Monastique (1982) p. 572




## Psalmus 121 (122)
## Civitas sancta Ierusalem

*Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis,*
*Ierusalem cælestem (Hebr 12, 22).*

Lætátus sum in eo quod dixérunt **mi**hi: *
  «In domum Dó*mini* **í**bimus».

Stantes iam sunt pedes **nos**tri *
in portis tu*is, Ie***rú**salem.
Ierúsalem, quæ ædificáta est ut **cí**vitas, *
sibi compácta *in i***dí**psum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus **Dó**mini, *
testimónium Israel, ad confiténdum nó*mini* **Dó**mini.
Quia illic sedérunt sedes ad iu**dí**cium, *
sedes *domus* **Da**vid.
Rogáte, quæ ad pacem sunt Ie**rú**salem: *
«Secúri sint *dili***gén**tes te!
Fiat pax in muris **tu**is, *
et secúritas in túr*ribus* **tu**is!».
Propter fratres meos et próximos **me**os *
*loquar:* «**Pax** in te!».
Propter domum Dómini Dei **nos**tri *
exquíram *bona* **ti**bi.

## Lectio brevis — Rom 8, 15-16

Non accepístis spíritum servitútis íterum in timórem, sed accepístis Spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba, Pater! Ipse Spíritus testimónium reddit una cum spíritu nostro quod sumus fílii Dei.

V/. Apud te, Dómine, est fons vitæ.
R/. Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

## Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur, † tríbue, quæsumus, nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Christum.

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 186




Exstíngue flammas lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## Psalmodia

*Ps 122, 1.3*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 222



## Psalmus 122 (123)
## Dominus fiducia populi

Duo cæci ... clamaverunt: «Domine, miserere nostri, Fili David» (Mt 20, 30).

Ad te levávi óculos **me**os, *
qui hábi*tas in* **cæ**lis.
Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum su**ó**rum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus dó*minæ* **su**æ,
ita óculi nostri ad Dóminum Deum **nos**trum, *
donec misere*átur* **nos**tri.
Miserére nostri, Dómine, miserére **nos**tri, *
quia multum repléti sumus des*pecti***ó**ne;
quia multum repléta est ánima **nos**tra *
derisióne abundántium et despectióne *super***bó**rum.

*Ps 123, 8*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 223




## Psalmus 123 (124)
## Adiutorium nostrum in nomine Domini

*Dixit Dominus Paulo: «Noli timere ... quia ego sum tecum» (Act 18, 9-10).*

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel, †
nisi quia Dóminus **e**rat in **no**bis, *
cum exsúrgerent hó*mines* **in** nos:

forte vivos **deglutís**sent nos, *
cum irascerétur furor *eórum* **in** nos.
Fórsitan aqua absorbuísset nos, †
torrens pertransísset **ánimam** **nos**tram *
fórsitan pertransíssent ánimam nostram aquæ in*tumes***cén**tes.
Bene**díc**tus **Dó**minus; *
qui non dedit nos in direptiónem dénti*bus e***ó**rum.
Anima nostra sicut **pas**ser **eré**pta est *
de láque*o ve***nán**tium:
**lá**queus con**trí**tus est, *
et nos *erépti* **su**mus.
Adiutórium nostrum in **nó**mine **Dó**mini, *
qui fecit cæ*lum et* **ter**ram.

Ant. 3 In circúitu pópuli sui Dóminus, ex hoc nunc et usque in sæculum.

## Psalmus 124 (125)
## Dominus custos populi sui

*Pax super Israel Dei (Gal 6, 16).*

Qui confídunt in Dómino sicut mons Sion: *
non commovébitur, in ætérnum manet.
Ierúsalem, montes in circúitu eius, †
et Dóminus in circúitu pópuli sui *
ex hoc nunc et usque in sæculum.
Quia non requiéscet virga iniquitátis super sortem iustórum, *
ut non exténdat iusti ad iniquitátem manus suas.
Bénefac, Dómine, bonis *
et rectis corde.
Declinántes autem per vias pravas †
addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. *
Pax super Israel!

## Lectio brevis Rom 8, 22-23

Scimus quod omnis creatúra congemíscit et compárturit usque adhuc; non solum autem, sed et nos ipsi primítias Spíritus habéntes, et ipsi intra nos gémimus adoptiónem filiórum exspectántes, redemptiónem córporis nostri.

V/. Bénedic, ánima mea, Dómino.
R/. Qui rédimit de intéritu vitam tuam.

## Oratio

Omnípotens et misericors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur, † tríbue, quæsumus, nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Christum.

# AD NONAM

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 187




Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed præmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## Psalmodia

Antiphonale Monasticum (1934) p. 389




### Psalmus 117 (118)
### Vox iubilationis et salutis

Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificatoribus,
qui factus est in caput anguli (Act 4, 11).

### I

Confitémini Dómino, **quó**niam **bo**nus, *
quóniam in sæculum miseri**cór**dia **e**ius.
Dicat nunc Israel, **quó**niam **bo**nus, *
quóniam in sæculum miseri**cór**dia **e**ius.
Dicat nunc **do**mus **A**aron, *
quóniam in sæculum miseri**cór**dia **e**ius.
Dicant nunc, qui **ti**ment **Dó**minum, *
quóniam in sæculum miseri**cór**dia **e**ius.
De tribulatióne invo**cá**vi **Dó**minum, *
et exaudívit me edúcens in lati**tú**dinem **Dó**minus.
**Dó**minus **me**cum, *
non timébo, quid fáciat **mi**hi **ho**mo.
Dóminus mecum adi**ú**tor **me**us, *
et ego despíciam ini**mí**cos **me**os.

Bonum est con**fú**gere ad **Dó**minum *
    quam confídere in **hó**mine.
Bonum est con**fú**gere ad **Dó**minum *
    quam confíde**re** in prin**cí**pibus.

*Ps 117, 16*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 139




II

Omnes gentes circui**é**runt me, *
    et in nómine Dómini ex*cídi* **e**os.
Circumdántes circumde**dé**runt me, *
    et in nómine Dómini ex*cídi* **e**os.
Circumdedérunt me sicut apes †
    et exarsérunt sicut ignis in **spi**nis, *
    et in nómine Dómini ex*cídi* **e**os.
Impelléntes impulérunt me, ut **cá**derem, *
    et Dómi*nus ad***iú**vit me.
Fortitúdo mea et laus mea **Dó**minus *
    et factus est mihi *in sa***lú**tem.
Vox iubilatiónis et sa**lú**tis *
    in tabernácu*lis ius***tó**rum:
«Déxtera Dómini fecit virtútem! †
    Déxtera Dómini exal**tá**vit me; *
    déxtera Dómini fe*cit vir***tú**tem!».

Non móriar, sed **vi**vam *
 et narrábo *ópera* **Dó**mini.
Castígans castigávit me **Dó**minus *
 et morti non *trádi***dit** me.

*Ps 117, 25*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 129

3A.IId




## III

Aperíte mihi portas ius**tí**tiæ; *
 ingréssus in eas confité*bor* **Dó**mino.
Hæc porta **Dó**mini; *
 iusti intrábunt *in* **e**am.
Confitébor tibi, quóniam exau**dís**ti me *
 et factus es mihi in *sa***lú**tem.
Lápidem, quem reprobavérunt ædifi**cán**tes, *
 hic factus est in ca*put* **án**guli;
a Dómino factum est **is**tud *
 et est mirábile in ócu*lis* **nos**tris.
Hæc est dies, quam fecit **Dó**minus: *
 exsultémus et lætémur *in* **e**a.
O Dómine, salvum **me** fac; *
 o Dómine, da prosper*i***tá**tem!
Benedíctus, qui venit in nómine **Dó**mini. *
 Benedícimus vobis de do*mo* **Dó**mini.

Deus Dóminus et illúxit **no**bis. *
Instrúite sollemnitátem in ramis condénsis usque ad córnu*a al***tá**ris.
Deus meus es tu, et confitébor **ti**bi, *
Deus meus, et ex*al***tábo** te.
Confitémini Dómino, quóniam **bo**nus, *
quóniam in sæculum misericórdi*a* **e**ius.

## Lectio brevis 2 Tim 1, 9

Deus nos salvos fecit et vocávit vocatióne sancta, non secúndum ópera nostra sed secúndum propósitum suum et grátiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante témpora sæculária.

V/. Dedúxit eos Dóminus in spe, et non timuérunt.
R/. Indúxit eos in fines sanctificatiónis suæ.

Oratio, ut supra.

## AD II VESPERAS

Omnia ut in AR II (v.i. p. 191), præter sequentem. Oratio ut supra.

*Mt 23, 11.12*

Antiphonale Romanum II (2009) p. 321



V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

Cantus Missæ (1995) p. 8




Hymnus ut in p. 44.

## Psalmodia

*Ps 90, 1*

Psautier Monastique (1982) p. 702




### Psalmus 90 (91)
### In protectione Altissimi

*Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones (Lc 10, 19).*

Qui hábitat in protectióne Al**tís**simi, *
sub umbra Omnipoténtis *commo***rá**bitur.
Dicet Dómino: †
«Refúgium meum et fortitúdo **me**a, *
Deus meus, sperá*bo in* **e**um».
Quóniam ipse liberábit te de láqueo ve**nán**tium *
et a ver*bo ma***lí**gno.
Alis suis obumbrábit tibi, †
et sub pennas eius con**fú**gies; *
scutum et loríca vé*ritas* **e**ius.

Non timébis a timóre noctúrno, a sagítta volánte in die, †
a peste perambulánte in **té**nebris, *
ab extermínio vastánte *in me***rí**die.
Cadent a látere tuo mille †
et decem mília a dextris **tu**is; *
ad te autem non ap*propin***quá**bit.
Verúmtamen óculis tuis conside**rá**bis, *
et retributiónem peccató*rum vi***dé**bis.
Quóniam tu es, Dómine, refúgium **me**um. *
Altíssimum posuísti habitá*culum* **tu**um.
Non accédet ad te **ma**lum, *
et flagéllum non appropinquábit taberná*culo* **tu**o,
quóniam ángelis suis mandábit **de** te, *
ut custódiant te in ómnibus *viis* **tu**is.
In mánibus por**tá**bunt te, *
ne forte offéndas ad lápidem *pedem* **tu**um.
Super áspidem et basilíscum ambu**lá**bis *
et conculcábis leónem *et dra***có**nem.
Quóniam mihi adhæsit, liberábo **e**um; *
suscípiam eum, quóniam cognóvit *nomen* **me**um.
Clamábit ad me, et ego exáudiam eum; †
cum ipso sum in tribulati**ó**ne, *
erípiam eum et glorifi*cábo* **e**um.
Longitúdine diérum replébo **e**um *
et osténdam illi salu*táre* **me**um.

Lectio brevis Ap 22, 4-5

Vidébunt fáciem Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos, et regnábunt in sæcula sæculórum.

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 231




## Antiphona ad Nunc Dimittis

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 233




CANTICUM EVANGELICUM Lc 2, 29-32

### Christus lumen gentium et gloria Israel

Nunc dimíttis servum **tu**um, **Dómi**ne, *
    secúndum verbum **tu**um in **pa**ce,

quia vidérunt **ó**culi **mei** *
salu**tá**re **tu**um,
**quod** pa**rá**sti *
ante fáciem ómnium **popu****ló**rum,
lumen ad revelati**ó**nem **gén**tium *
et glóriam plebis **tu**æ **Isra**el.

## Oratio

Vox nostra te, Dómine, humíliter deprecétur, † ut, domínicæ resurrectiónis hac die mystério celebráto, * in pace tua secúri a malis ómnibus quiescámus, et in tua resurgámus laude gaudéntes. Per Christum.

# FERIA II HEBDOMADÆ III

## AD INVITATORIUM

V/. Dómine, lábia.

ANTIPHONA

Liber Hymnarius (1983) p. 179




Psalmus invitatorius 94, ut in Liber Hymnarius, p 149.

## AD OFFICIUM LECTIONIS

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

HYMNUS

## I. Quando Officium lectionis canitur noctu vel summo mane:

Liber Hymnarius (1983) p. 190




Te lingua primum cóncinat,
te mentis ardor ámbiat,
ut áctuum sequéntium
tu, sancte, sis exórdium.

Cedant tenébræ lúmini
et nox diúrno síderi,
ut culpa, quam nox íntulit,
lucis labáscat múnere.

Precámur ídem súpplices
noxas ut omnes ámputes,
et ore te canéntium
laudéris in perpétuum.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## II. Quando Officium lectionis canitur diurno tempore (eadem tono):

Ætérna lux, divínitas,
in unitáte Trínitas,
te confitémur débiles,
te deprecámur súpplices.

Summum Paréntem crédimus
Natúmque Patris únicum,
et caritátis vínculum
qui iungit illos Spíritum.

O véritas, o cáritas,
o finis et felícitas,
speráre fac et crédere,
amáre fac et cónsequi.

Qui finis et exórdium
rerúmque fons es ómnium,
tu solus es solácium,
tu certa spes credéntium.

Qui cuncta solus éfficis
cunctísque solus súfficis,
tu sola lux es ómnibus
et præmium sperántibus.

Christum rogámus et
Patrem,Christi Patrísque Spíritum;
unum potens per ómnia,
fove precántes, Trínitas. Amen.

*Ps 49, 1*

Psautier Monastique (1982) p. 242

1A.VIIIg




## Psalmus 49 (50)
## Vera in Dominum pietas

*Non veni solvere legem, sed adimplere (Cf. Mt 5, 17).*

### I

(non repetitur) Deus deórum Dóminus locútus est *
† et vocávit terram a solis ortu usque *ad oc***cá**sum.
Ex Sion speciósa decóre Deus il**lú**xit, *
Deus noster véniet et *non si***lé**bit:
ignis consúmens est in conspéctu **ei**us *
et in circúitu eius tem*péstas* **vá**lida.
Advocábit cælum de**súr**sum *
et terram discérnere pó*pulum* **su**um:
«Congregáte mihi sanctos **me**os, *
qui disposuérunt testaméntum meum in *sacri***fí**cio».
Et annuntiábunt cæli iustítiam **ei**us, *
quóniam *Deus* **iu**dex est.

II

«Audi, pópulus meus, et loquar; †
   Israel, et testificábor ad**vér**sum te: *
   Deus, Deus *tuus* **e**go sum.
Non in sacrifíciis tuis árgu**am** te; *
   holocáusta enim tua in conspéctu me*o sunt* **sem**per.
Non accípiam de domo tua **ví**tulos, *
   neque de grégibus *tuis* **hi**rcos.
Quóniam meæ sunt omnes feræ sil**vá**rum, *
   iumentórum mil*le in* **món**tibus.
Cognóvi ómnia volatília **cæ**li, *
   et, quod movétur in *agro*, **me**um est.
Si esuríero non dicam **ti**bi; *
   meus est enim orbis terræ et pleni*túdo* **e**ius.
Numquid manducábo carnes tau**ró**rum *
   aut sánguinem hirc*órum po***tá**bo?
Immola Deo sacrifícium **lau**dis *
   et redde Altíssimo *vota* **tu**a;
et ínvoca me in die tribulati**ó**nis: *
   éruam te, et honor*ifi***cá**bis me».

III

Peccatóri autem dixit Deus: †
   «Quare tu enárras præcépta **me**a *
   et assúmis testaméntum meum *in os* **tu**um?
Tu vero odísti disci**plí**nam *
   et proiecísti sermónes me*os ret***rór**sum.
Si vidébas furem, currébas cum **e**o; *
   et cum adúlteris erat pór*tio* **tu**a.
Os tuum dimittébas ad ma**lí**tiam, *
   et lingua tua concin*nábat* **do**los.

Sedens advérsus fratrem tuum loque**bá**ris *
    et advérsus fílium matris tuæ proferé*bas op***pró**brium.
Hæc fecísti, et tácui. †
    Existimásti quod eram tui **sí**milis. *
    Arguam te et státuam illa contra fá*ciem* **tu**am.
Intellégite hæc, qui obliviscímini **De**um, *
    nequándo rápiam, et non sit *qui e***rí**piat.
Qui immolábit sacrifícium laudis, honorificábit me, †
    et, qui immaculátus est in **vi**a, *
    osténdam illi salu*táre* **De**i».

V/. Audi, pópule meus, et loquar.
R/. Deus, Deus tuus ego sum.

Lectio prior — De libro primo Machabæórum 1, 41-64

Persecutio Antiochi

In diébus illis: Scripsit rex Antíochus omni regno suo, ut essent univérsi pópulus unus, et relínqueret unusquísque legem suam. Et recepérunt omnes gentes secúndum verbum regis Antíochi; et multi ex Israel consensérunt cúltui eius et sacrificavérunt idólis et coinquinavérunt sábbatum. Et misit rex libros per manus nuntiórum in Ierúsalem et in civitátes Iudæ, ut sequeréntur leges géntium terræ, et prohibére holocáusta et sacrifícia et placatiónes fíeri in templo Dei et contamináre sábbata et dies sollémnes et pollúere sancta et sanctos, instrúere aras et templa et idóla et immoláre porcína et pécora commúnia et relínquere fílios suos incircumcísos et pollúere ánimas eórum in omni immúndo et abominatióne, ita ut oblivisceréntur legem et immutárent omnes iustificatiónes; et quicúmque non fécerit secúndum verbum regis Antíochi, moriétur. Secúndum ómnia verba hæc scripsit omni regno suo et præpósuit consideratóres super omnem pópulum et mandávit civitátibus Iudæ immoláre per civitátem et civitátem. Et congregáti sunt multi de pópulo ad eos, omnes, qui derelíquerant legem Dómini, et fecérunt mala in terra; et posuérunt

Israel in ábditis et in abscónditis fugitivórum locis.

Die quinta décima mensis Cásleu, quinto et quadragésimo et centésimo anno, ædificávit abominatiónem desolatiónis super altáre; et per civitátes Iudæ in circúitu ædificavérunt aras et ante iánuas domórum et in platéis sacrificábant. Et libros Legis, quos invenérunt, combussérunt igne scindéntes eos; et ubicúmque inveniebátur apud áliquem liber testaménti, et si quis consentiébat legi, constitútio regis interficiébat eum. In virtúte sua faciébant hæc Israéli, ómnibus, qui inveniebántur in omni mense et mense in civitátibus. Et quinta et vicésima die mensis sacrificábant super aram, quæ erat super altáre; et mulíeres, quæ circumcíderant fílios suos, interficiébant secúndum iussum — et suspendébant infántes a cervícibus eórum — et domos eórum et eos, qui circumcíderant illos. Et multi in Israel obtinuérunt et confortáti sunt apud se, ut non manducárent immúnda, et elegérunt mori, ut non pollueréntur escis et non profanárent testaméntum sanctum, et moriebántur. Et facta est ira magna super Israel valde.

### Responsorium — Cf. Dan 9, 18a; Act 4, 29

R/. Aperi óculos tuos et vide afflictiónem nostram: circumdedérunt nos gentes ad puniéndum nos; * Tu, Dómine, exténde brácchium tuum et líbera ánimas nostras.

V/. Et nunc réspice in minas eórum, et da servis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum. * Tu, Dómine.

### Lectio altera

Ex Constitutióne pastoráli Gáudium et spes Concílii Vaticáni secúndi de Ecclésia in mundo huius témporis (Nn. 82-83)

#### Ad novos pacificos sensus mentes instituere oportet

Cáveant hómines ne solúmmodo conátibus quorúndam se commíttant, quin de própriis méntibus curent. Nam populórum moderatóres, qui

boni commúnis própriæ gentis sponsóres sunt et simul boni univérsi orbis promotóres, ex multitúdinum opiniónibus et ánimi sénsibus quam máxime pendent. Nihil eis prodest ut paci ædificándæ instent, quámdiu hostilitátis, contémptus et diffidéntiæ sensus, «raciália» ódia necnon obstinátæ ideologíæ, hómines dívidunt atque inter se oppónunt. Hinc máxima necéssitas urget renovátæ méntium educatiónis novæque in pública opinióne inspiratiónis.

Qui óperi educatiónis se dévovent, præsértim iúvenum, aut opiniónem públicam effórmant, tamquam gravíssimum offícium réputent curam mentes ómnium ad novos pacíficos sensus instituéndi. Nos omnes quidem commutáre corda nostra opórtet, univérsum orbem et illa múnera prospiciéntes quæ nos, una simul, ágere póssumus ut genus nostrum ad melióra profíciat. Nec falsa spes nos decípiat. Nisi enim, dimíssis inimicítiis et ódiis, firma honestáque pacta de pace universáli in futúro concludántur, humánitas quæ iam in gravi discrímine versátur, quamvis sciéntia mirábili prædita, forsan funéste ad illam horam adducétur, in qua non áliam pacem quam horréndam mortis pacem experiátur. Attamen, dum hæc profert, Ecclésia Christi, in média anxietáte huius témporis constitúta, firmíssime speráre non cessat. Ætáti nostræ íterum iterúmque, opportúne importúne, núntium apostólicum propónere inténdit: Ecce nunc tempus acceptábile ut muténtur corda, ecce nunc dies salútis.

Ad pacem ædificándam ante ómnia requíritur ut eradicéntur causæ discordiárum inter hómines, quibus bella alúntur, præsértim iniustítiæ. Non paucæ eárum ex nímiis inæqualitátibus œconómicis provéniunt, necnon ex necessáriis remédiis retardátis. Aliæ vero ex spíritu dominatiónis et personárum contémptu oriúntur et, si in causas profundióres inquírimus, ex humána invídia, diffidéntia, supérbia aliísque egoísticis passiónibus. Cum tot órdinis deféctus homo ferre non possit, ex iis conséquitur ut, étiam bello non sæviénte, mundus indesinénter contentiónibus inter hómines et violéntiis inficiátur.

Cum ínsuper éadem mala in relatiónibus inter ipsas natiónes inveniántur, necessárium omníno est ut, ad illa vincénda vel præveniénda,

et ad effrenátas violéntias coercéndas, mélius et fírmius cooperéntur et coordinéntur institutiónes internationáles necnon indefésse stimulétur creátio organismórum qui pacem promóveant.

### Responsorium — Ps 33 (34), 15

R/. Doctrínam sapiéntiæ dedi in corde tuo, dicit Dóminus; * Et exaudívi te, ut prótegam civitátem istam, et sit pax in diébus tuis.

V/. Divérte a malo et fac bonum, inquíre pacem
et perséquere eam. * Et exaudívi.

## Oratio

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur, † tríbue, quæsumus, nobis, * ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Christum.

## AD LAUDES MATUTINAS

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

### Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 191



Verúsque sol, illábere
micans nitóre pérpeti,
iubárque Sancti Spíritus
infúnde nostris sénsibus.

Votis vocémus et Patrem,
Patrem perénnis glóriæ,
Patrem poténtis grátiæ,
culpam reléget lúbricam.

Infórmet actus strénuos,
dentem retúndat ínvidi,
casus secúndet ásperos,
donet geréndi grátiam.

Mentem gubérnet et regat
casto, fidéli córpore;
fides calóre férveat,
fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,
potúsque noster sit fides;
læti bibámus sóbriam
ebrietátem Spíritus.

Lætus dies hic tránseat;
pudor sit ut dilúculum,
fides velut merídies,
crepúsculum mens nésciat.

Auróra cursus próvehit;
Auróra totus pródeat,
in Patre totus Fílius
et totus in Verbo Pater. Amen.

PSALMODIA

*Ps 83, 5*

Psautier Monastique (1982) p. 378




## Psalmus 83 (84)
## Desiderium templi Domini

*Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus (Hebr 13, 14).*

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine vir**tú**tum! *
    Concupíscit et déficit ánima mea in *átria* **Dó**mini.
Cor meum et caro **mea** *
    exsultavérunt in *Deum* **vi**vum.
Etenim passer invénit sibi domum, †
    et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos **su**os: *
    altária tua, Dómine virtútum, rex meus et *Deus* **me**us.
Beáti, qui hábitant in domo **tu**a: *
    in perpétu*um lau***dá**bunt te.
Beátus vir, cuius est auxílium **abs** te, *
    ascensiónes in corde su*o dis***pó**suit.
Transeúntes per vallem sitiéntem in fontem ponent **e**am, *
    étenim benedictiónibus véstiet eam plúvia *matu***tí**na.
Ibunt de virtúte in vir**tú**tem, *
    vidébitur Deus deó*rum in* **Si**on.
Dómine Deus virtútum, exáudi oratiónem **me**am; *
    áuribus pércipe, *Deus* **Ia**cob.
Protéctor noster áspice, **De**us, *
    et réspice in fáciem *christi* **tu**i.
Quia mélior est dies una in átriis tuis super mília, †
    elégi ad limen esse in domo Dei **mei** *
    magis quam habitáre in tabernáculis *pecca***tó**rum.
Quia sol et scutum est Dóminus Deus, †
    grátiam et glóriam dabit **Dó**minus; *
    non privábit bonis eos, qui ámbulant in *inno***cén**tia.
Dómine vir**tú**tum, *
    beátus homo, qui *sperat* **in** te.

*Is 2, 3*

Antiphonale Monasticum I (2005) p. 13






## Canticum Is 2, 2-5
## Mons domus Domini in vertice montium

*Omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo (Ap 15, 4).*

Erit in novíssimis di**é**bus *
præparátus mons domus Dómini in vérti*ce* **mónti**um,
et elevábitur super **col**les, *
et fluent ad eum om*nes* **gen**tes.
Et ibunt pópuli multi et dicent: †
«Veníte et ascendámus ad montem **Dó**mini, *
ad domum De*i* **Ia**cob,
ut dóceat nos vias **su**as, *
et ambulémus in sémi*tis* **e**ius»;
quia de Sion ex**í**bit lex *
et verbum Dómini de *Ie***rúsa**lem.
Et iudicábit **gen**tes *
et árguet pópu*los* **mul**tos,
et conflábunt gládios suos in **vó**meres *
et lánceas suas *in* **fal**ces;
non levábit gens contra gentem **glá**dium, *
nec exercebúntur ultra *ad* **prœli**um.
Domus Iacob, ve**ní**te, *
et ambulémus in lúmi*ne* **Dómi**ni.

*Ps 95, 2*

Psautier Monastique (1982) p. 426

3A.IId






## Psalmus 95 (96)

### Dominus rex et iudex omnis terræ

*Cantabant quasi canticum novum ante sedem*
*in conspectu Agni (Cf. Ap 14, 3).*

Cantáte Dómino cánticum **no**vum, *
  cantáte Dómino, om*nis* **ter**ra.
Cantáte Dómino, benedícite nómini **e**ius, *
  annuntiáte de die in diem salutá*re* **e**ius.
Annuntiáte inter gentes glóriam **e**ius, *
  in ómnibus pópulis mirabíli*a* **e**ius.
Quóniam magnus Dóminus et laudábilis **ni**mis, *
  terríbilis est super om*nes* **de**os.
Quóniam omnes dii géntium **iná**nia, *
  Dóminus autem cæ*los* **fe**cit.
Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu **e**ius, *
  poténtia et decor in sanctuári*o* **e**ius.
Afférte Dómino, famíliæ populórum, †
  afférte Dómino glóriam et po**tén**tiam, *
  afférte Dómino glóriam nómi*nis* **e**ius.
Tóllite hóstias et introíte in átria **e**ius, *
  adoráte Dóminum in splendó*re* **sanc**to.
Contremíscite a fácie eius, univérsa **ter**ra, *
  dícite in géntibus: «Dóminus *re*g**ná**vit!».
Etenim corréxit orbem terræ, qui non commo**vé**bitur; *
  iudicábit pópulos in æ*qui***tá**te.

Læténtur cæli et exsúltet terra, †
sonet mare et plenitúdo **eius**; *
gaudébunt campi et ómnia, quæ *in* **eis** sunt.
Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum †
a fácie Dómini, quia **ve**nit, *
quóniam venit iudicá*re* **ter**ram.
Iudicábit orbem terræ in ius**tí**tia *
et pópulos in veritá*te* **su**a.

## Lectio brevis

Iac 2, 12-13

Sic loquímini et sic fácite sicut per legem libertátis iudicándi. Iudícium enim sine misericórdia illi, qui non fecit misericórdiam; superexúltat misericórdia iudício.

*Ps 71, 18*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 65




*Lc 1, 68*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 66




Non repetitur in cantico.

## Preces

Deum, qui hómines in mundo pósuit, ut concórditer ad suam glóriam opus fíeret ab illis, eníxe rogémus:

R/. Fac nos te glorificáre, Dómine.

Creátor universórum Deus, benedícimus tibi, * qui nobis mundi bona dedísti vitámque nostram hucúsque servásti. R/.

Réspice nos, qui labórem cotidiánum suscípimus, * et óperis tui partícipes nos tuæ voluntáti confórma. R/.

Opus nostrum hodiérnum sic redde nostris frátribus fructuósum, * ut cum eis et pro eis terrénam civitátem, quæ tibi pláceat ædificémus. R/.

Nobis et ómnibus, quibus hódie occurrémus, adésto, * gáudium largíre et pacem. R/.

Pater noster.

### Oratio

Dirígere et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cæli et terræ, hódie corda et córpora nostra, sensus, sermónes et actus nostros in lege tua et in opéribus mandatórum tuórum, † ut hic et in ætérnum, te auxiliánte, * salvi et líberi esse mereámur. Per Dóminum.

## AD TERTIAM

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 192






Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessiónem pérsonent,
flamméscat igne cáritas,
accéndat ardor próximos.

Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore. Amen.

## Psalmodia

*Ps 118, 89*

Psautier Monastique (1982) p. 534




### Psalmus 118 (119), 89-96
### XII (Lamed)
### Meditatio verbi Domini in lege

*Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*
*sicut dilexi vos (Cf. Io 13, 34).*

In ætérnum, **Dó**mine, *
verbum tuum constitútum *est in* **cæ**lo.

In generatiónem et generatiónem véritas **tu**a; *
    firmásti ter*ram, et* **pér**manet.
Secúndum iudícia tua pérmanent **hó**die, *
    quóniam ómnia sér*vi*unt **ti**bi.
Nisi quod lex tua delectátio **me**a est, *
    tunc forte periíssem in humiliati*ó*ne **me**a.
In ætérnum non oblivíscar mandáta **tu**a, *
    quia in ipsis vi*vifi***cá**sti me.
Tuus sum ego: salvum **me** fac, *
    quóniam mandáta tua *exqui***sí**vi.
Me exspectavérunt peccatóres, ut pérde**rent** me; *
    testimónia tua *intel***lé**xi.
Omni consummatióni vidi **fi**nem, *
    latum præcéptum *tuum* **ni**mis.

*Ps 30, 1*

Psautier Monastique (1982) p. 94




## Psalmus 70 (71)
## Domine, spes mea a iuventute mea

*Spe gaudentes, in tributatione patientes (Rom 12, 12).*

### I

In te, Dómine, spe**rá**vi, *
    non confúndar *in æ***tér**num.

In iustítia tua líbera me et éri**pe** me; *
    inclína ad me aurem tu*am et* **sal**va me.
Esto mihi in rupem præsídii et in domum mu**ní**tam, *
    ut sal*vum me* **fá**cias,
quóniam fortitúdo **me**a *
    et refúgium *meum* **es** tu.
Deus meus, éripe me de manu pecca**tó**ris *
    et de manu contra legem agéntis *et i***ní**qui.
Quóniam tu es exspectátio mea, **Dó**mine; *
    Dómine, spes mea a iuven*túte* **me**a.
Super te innı́xus sum ex útero, †
    de ventre matris meæ tu es suscéptor **me**us; *
    in te laus *mea* **sem**per.
Tamquam prodígium factus sum **mul**tis, *
    et tu ad*iútor* **for**tis.
Repleátur os meum laude **tu**a, *
    tota die magnitú*dine* **tu**a.
Ne proícias me in témpore senec**tú**tis; *
    cum defécerit virtus mea, ne *dere***lín**quas me.
Quia dixérunt inimíci mei mihi, †
    et, qui observábant ánimam **me**am, *
    consílium fecé*runt in* **u**num
dicéntes: «Deus derelíquit eum! †
    Persequímini et comprehéndite **e**um, *
    quia non est *qui e***rí**piat».
Deus, ne elongéris **a** me; *
    Deus meus, in auxílium *meum* fes**tí**na.
Confundántur et defíciant adversántes ánimæ **me**æ; *
    operiántur confusióne et pudóre, qui quærunt *mala* **mi**hi.

*Ps 70, 3*

Psautier Monastique (1982) p. 312




## II

Ego autem **sem**per spe**rá**bo *
et adíciam super omnem *laudem* **tu**am.
Os meum annuntiábit iustítiam tuam, †
tota die salu**tá**re **tu**um: *
quæ dinumerá*re ne***scí**vi.
Véniam ad po**tén**tias **Dó**mini; *
Dómine, memorábor iustítiæ tu*æ so***lí**us.
Deus, docuísti me a iuven**tú**te **me**a; *
et usque nunc annuntiábo mirabí*lia* **tu**a.
Et usque in se**néc**tam et **sé**nium, *
Deus, ne *dere***lín**quas me,
donec annúntiem **brá**chium **tu**um *
generatióni omni, *quæ ven***tú**ra est.
Poténtia tua et iustítia tua, Deus, †
usque in altíssima, qui fe**cís**ti ma**gná**lia: *
Deus, quis sí*milis* **ti**bi?
Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas; †
íterum **vivificás**ti me *
et de abýssis terræ íterum *redu***xís**ti me.
Multiplicábis magni**tú**dinem meam *
et convérsus conso*lábe***ris** me.

Nam et ego confitébor tibi, †
in psaltério veritátem tuam, **De**us **me**us; *
psallam tibi in cíthara, *Sanctus* **Is**rael.
Exsultábunt lábia mea, cum can**tá**vero **ti**bi, *
et ánima mea, quam *rede***mí**sti;
sed et lingua mea tota die meditábitur ius**tí**tiam **tu**am, *
cum confúsi et revériti fúerint, qui quærunt *mala* **mi**hi.

## Lectio brevis 2 Cor 13, 11

Fratres, gaudéte, perfécti estóte, exhortámini ínvicem, idem sápite, pacem habéte, et Deus dilectiónis et pacis erit vobíscum.

V/. Oculi Dómini super iustos.
R/. Et aures eius in clamórem eórum.

## Oratio

Deus, Pater óptime, qui labórem homínibus ita dedísti, ut mútua semper arte ad altióra profícerent, † præsta, quæsumus, sic nos iúgiter operári, * ut filiórum in te spíritu et fratérna in omnes caritáte vivámus. Per Christum.

## AD SEXTAM

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 193






Exstíngue flammas lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## Psalmodia

*Ps 122, 1.3*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 222







### Psalmus 122 (123)
### Dominus fiducia populi

Duo cæci ... clamaverunt: «Domine, miserere nostri, Fili David» (Mt 20, 30).

Ad te levávi óculos **me**os, *
qui hábit*as in* **cæ**lis.
Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum su**ó**rum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus dó*minæ* **su**æ,
ita óculi nostri ad Dóminum Deum **nos**trum, *
donec misere*átur* **nos**tri.

Miserére nostri, Dómine, miserére **nos**tri, *
  quia multum repléti sumus des*pecti***ó**ne;
quia multum repléta est ánima **nos**tra *
  derisióne abundántium et despectióne *super***bó**rum.

*Ps 123, 8*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 223




## Psalmus 123 (124)
## Adiutorium nostrum in nomine Domini

*Dixit Dominus Paulo: «Noli timere … quia ego sum tecum» (Act 18, 9-10).*

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel, †
  nisi quia Dóminus **e**rat in **no**bis, *
  cum exsúrgerent hó*mines* **in** nos:
forte vivos **deglutís**sent nos, *
  cum irascerétur furor e*órum* **in** nos.
Fórsitan aqua absorbuísset nos, †
  torrens pertransísset **á**nimam **nos**tram *
  fórsitan pertransíssent ánimam nostram aquæ in*tumes***cén**tes.
Bene**díc**tus **Dó**minus; *
  qui non dedit nos in direptiónem dénti*bus* e**ó**rum.
Anima nostra sicut **passer** e**ré**pta est *
  de láque*o ven***án**tium:
**lá**queus con**trí**tus est, *
  et nos *erépti* **su**mus.

Adiutórium nostrum in **nó**mine **Dó**mini, *
 qui fecit cæ*lum et* **ter**ram.

Ant. 3 In circúitu pópuli sui Dóminus, ex hoc nunc et usque in sæculum.

## Psalmus 124 (125)
## Dominus custos populi sui

*Pax super Israel Dei (Gal 6, 16).*

Qui confídunt in Dómino sicut mons Sion: *
 non commovébitur, in ætérnum manet.
Ierúsalem, montes in circúitu eius, †
 et Dóminus in circúitu pópuli sui *
 ex hoc nunc et usque in sæculum.
Quia non requiéscet virga iniquitátis super sortem iustórum, *
 ut non exténdat iusti ad iniquitátem manus suas.
Bénefac, Dómine, bonis *
 et rectis corde.
Declinántes autem per vias pravas †
 addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. *
 Pax super Israel!

### Lectio brevis — Rom 6, 22

Nunc liberáti a peccáto, servi autem facti Deo, habétis fructum vestrum in sanctificatiónem, finem vero vitam ætérnam!

V/. Deus, tu convérsus vivificábis nos.
R/. Et plebs tua lætábitur in te.

## Oratio

Deus, qui messis ac víneæ dóminus es et custos, quique offícia tríbuis et iusta stipéndia meritórum, fac nos diéi pondus ita portáre, ut nihil umquam de tuis plácitis conquerámur. Per Christum.

## AD NONAM

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

### Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 194




Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed præmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

### Psalmodia

*Ps 125, 3*

Psautier Monastique (1982) p. 590






## Psalmus 128 (129)
## Populi afflicti renovata fiducia

Sæpe expugnavérunt me a iuven**tú**te **me**a, *
  **di**cat nunc **Is**rael,
sæpe expugnavérunt me a iuven**tú**te **me**a, *
  étenim non potu**é**runt ad**vér**sum me.
Supra dorsum meum aravérunt ara**tó**res, *
  prolongavérunt **sul**cos **su**os.
Dóminus **au**tem **ius**tus *
  concídit cer**ví**ces pecca**tó**rum.
Confundántur et conver**tán**tur re**trór**sum *
  omnes, qui o**dé**runt **Si**on.
Fiant sicut **fe**num tec**tó**rum *
  quod, priúsquam evel**lá**tur, ex**á**ruit;
de quo non implévit manum **su**am, qui **me**tit, *
  et sinum suum, qui ma**ní**pulos **cól**ligit.
Et non dixérunt, qui præteríbant: †
  «Benedíctio **Dó**mini **su**per vos, *
  benedícimus vobis in **nó**mine **Dó**mini».

*Ps 126, 1*

Psautier Monastique (1982) p. 592



## Psalmus 126 (127)
## Vanus labor sine Domino

*Dei ædificatio estis (1 Cor 3, 9).*

Nisi Dóminus ædificáverit **do**mum, *
  in vanum labórant, qui æ**dí**ficant **e**am.
Nisi Dóminus custodíerit civi**tá**tem, *
  frustra vígilat, qui cus**tó**dit **e**am.
Vanum est vobis ante lucem súrgere et sero quiéscere, †
  qui manducátis panem la**bó**ris, *
  quia dabit diléctis **su**is **som**num.
Ecce heréditas Dómini **fí**lii, *
  merces **fruc**tus **ven**tris.
Sicut sagíttæ in manu po**tén**tis, *
  ita fílii **iu**ven**tú**tis.
Beátus vir, qui implévit pháretram suam ex **ip**sis: *
  non confundétur, cum loquétur inimícis **su**is in **por**ta.

*Ps 127, 1*

Antiphonale Monasticum II (2006) p. 226







## Psalmus 127 (128)
## Pax domestica in Domino

*«Benedicat te Dominus ex Sion», id est: ex Ecclesia sua (Arnobius).*

Beátus omnis, qui timet **Dó**minum, *
  qui ámbulat in vi*is* **e**ius.
Labóres mánuum tuárum mandu**cá**bis, *
  beátus es, et bene ti*bi* **e**rit.
Uxor tua sicut vitis fruc**tí**fera *
  in latéribus do*mus* **tu**æ;
fílii tui sicut novéllæ oli**vá**rum *
  in circúitu men*sæ* **tu**æ.
Ecce sic benedicétur **ho**mo, *
  qui ti*met* **Dó**minum.
Benedícat tibi Dóminus ex **Si**on, *
  et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vi*tæ* **tu**æ;
et vídeas fílios filiórum tu**ó**rum. *
  Pax su*per* **Is**rael!

## Lectio brevis — Col 1, 21-22

Vos, cum essétis aliquándo alienáti et inimíci sensu in opéribus malis, nunc autem reconciliávit Deus in córpore carnis Christi per mortem exhibére vos sanctos et immaculátos et irreprehensíbiles coram ipso.

V/. Psállite Dómino, sancti eius.
R/. Et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

## Oratio

Deus, qui nos ádvocas illa hora, qua ad templum ascendébant Apóstoli, † præsta, ut orátio, quam in nómine Iesu sincéra tibi mente persólvimus, * ómnibus nomen illud invocántibus salútem eius váleat impetráre. Per Christum.

## SOLLEMNITAS OMNIUM SANCTORUM

### AD I VESPERAS

Omnia ut in Antiphonale Romanum II (v.i. p. 198).

### AD COMPLETORIUM

Omnia ut in p. 43 præter sequentia:

HYMNUS

Liber Hymnarius (1983) p. 242




Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

### Oratio

Vísita, quæsumus, Dómine, habitationem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle; † ángeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custódiant, * et benedictio tua sit super nos semper. Per Christum.

V/. Dómine, lábia.

## Antiphona

Liber Hymnarius (1983) p. 461




Psalmus invitatorius 94, ut in Liber Hymnarius, p 160.

# AD OFFICIUM LECTIONIS

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 462




ti-bi quam li-támus, sús- ci-pe lau-dis. 2. Om-ni- um
semper cho-rus ange-ló-rum in po-lo te met bene-dí-cit
al- to, atque te sancti si mul u-ni-vérsi láu- di-bus
ornant. 3. Vír- gi-nis sanctæ mé-ri-tis Ma-rí- æ at que
cunctó-rum pá-ri-ter pi- ó- rum, cónti-ne pœ-nam, pi- e,
quam me-rémur da- que medé- lam. 4. Hic tu- am
præ sta ce-lebrá-re laudem, ut ti-bi fi-di va-le- ámus il-
lam pró-se qui in cæ- lis Trí- a-di ca-néntes iú- gi- ter




## Psalmodia

Antiphonarium Cisterciense (1947) p. 501




### Psalmus 8

Dómine, **Dó**minus **nos**ter, *
    quam admirábile est nomen tuum in uni*vérsa* **ter**ra,
quóniam eleváta est magnifi**cén**tia **tu**a *
    *super* **cæ**los.
Ex ore infántium et lactántium †
    perfecísti laudem propter ini**mí**cos **tu**os, *
    ut déstruas inimícum *et ul***tó**rem.

Quando vídeo cælos tuos, ópera digi**tó**rum tu**ó**rum, *
  lunam et stellas, quæ *tu fun***dás**ti,
quid est homo, quod **me**mor es **e**ius, *
  aut fílius hóminis quóniam ví*sitas* **e**um?
Minuísti eum paulo minus ab ángelis, †
  glória et honóre coro**nás**ti **e**um *
  et constituísti eum super ópera mánu*um tu***á**rum.
Omnia subiecísti sub pédibus eius, †
  oves et boves **u**ni**vér**sas, *
  ínsuper et pé*cora* **cam**pi,
vólucres cæli et **pi**sces **ma**ris, *
  quæcúmque perámbulant sé*mitas* **ma**ris.
Dómine, **Dó**minus **nos**ter, *
  quam admirábile est nomen tuum in uni*vérsa* **ter**ra!

*Mt 5, 8*

Psautier Monastique (1982) p. 764




## Psalmus 14 (15)

Dómine, quis habitábit in taber**ná**culo **tu**o? *
  Quis requiéscet in monte *sancto* **tu**o?
Qui ingréditur sine mácula et ope**rá**tur ius**tí**tiam, *
  qui lóquitur veritátem in *corde* **su**o,
qui non egit dolum in lingua sua, †
  nec fecit próximo **su**o **ma**lum *
  et oppróbrium non íntulit pró*ximo* **su**o.

Ad níhilum reputátus est in conspéctu **e**ius ma**lí**gnus, *
timéntes autem Dómi*num glo***rí**ficat.
Qui iurávit in detriméntum suum et non mutat, †
qui pecúniam suam non dedit **ad** us**ú**ram *
et múnera super innocéntem *non ac***cé**pit.
(ʹ) Qui **fa**cit hæc, *
non movébitur *in æ***tér**num.

(Sanctis qui in terra sunt eius, mirificavit omnes
voluntates meas inter illos — Benevento 150)

Ant. 3 Sanctis tuis notas fecísti vias vitæ; adimplébis
eos lætítia cum vultu tuo, Dómine.

## Psalmus 15 (16)

Consérva me, Deus, *
quóniam sperávi in te.
Dixi Dómino: «Dóminus meus es tu, *
bonum mihi non est sine te».
In sanctos, qui sunt in terra, ínclitos viros, *
omnis volúntas mea in eos.
Multiplicántur dolóres eórum, *
qui post deos aliénos acceleravérunt.
Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus, *
neque assúmam nómina eórum in lábiis meis.

Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei: *
tu es qui détines sortem meam.
Funes cecidérunt mihi in præcláris; *
ínsuper et heréditas mea speciósa est mihi.
Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me renes mei.
Proponébam Dóminum in conspéctu meo semper; *
quóniam a dextris est mihi non commovébor.
Propter hoc lætátum est cor meum, †
et exsultavérunt præcórdia mea; *
ínsuper et caro mea requiéscet in spe.
Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno, *
nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.
Notas mihi fácies vias vitæ, †
plenitúdinem lætítiæ cum vultu tuo, *
delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

V/. Respícite ad Dóminum, et illuminámini.
R/. Et fácies vestræ non confundéntur.

LECTIO PRIOR — De libro Apocalýpsis beáti Ioánnis apóstoli 5, 1-14

Redemisti nos Deo ex omni tribu et lingua et populo et natione

Ego Ioánnes vidi in déxtera sedéntis super thronum librum scriptum intus et foris, signátum sigíllis septem. Et vidi ángelum fortem prædicántem voce magna: «Quis est dignus aperíre librum et sólvere signácula eius?». Et nemo póterat in cælo neque in terra neque subtus terram aperíre librum neque respícere illum. Et ego flebam multum quóniam nemo dignus invéntus est aperíre librum nec respícere eum. Et unus de senióribus dicit mihi: «Ne fléveris; ecce vicit leo de tribu Iudæ, radix David, aperíre librum et septem signácula eius».

Et vidi in médio throni et quáttuor animálium et in médio seniórum

Agnum stantem tamquam occísum, habéntem córnua septem et óculos septem, qui sunt septem spíritus Dei missi in omnem terram. Et venit et accépit de déxtera sedéntis in throno. Et cum accepísset librum, quáttuor animália et vigínti quáttuor senióres cecidérunt coram Agno, habéntes sínguli cítharas et phíalas áureas plenas incensórum, quæ sunt oratiónes sanctórum. Et cantant novum cánticum dicéntes: «Dignus es accípere librum et aperíre signácula eius, quóniam occísus es et redemísti Deo in sánguine tuo ex omni tribu et lingua et pópulo et natióne et fecísti eos Deo nostro regnum et sacerdótes, et regnábunt super terram».

Et vidi et audívi vocem angelórum multórum in circúitu throni et animálium et seniórum, et erat númerus eórum myríades myríadum et mília mílium dicéntium voce magna: «Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem et divítias et sapiéntiam et fortitúdinem et honórem et glóriam et benedictiónem».

Et omnem creatúram, quæ in cælo est et super terram et sub terram et super mare et quæ in eis ómnia, audívi dicéntes: «Sedénti super thronum et Agno benedíctio et honor et glória et potéstas in sæcula sæculórum».

Et quáttuor animália dicébant: «Amen»; et senióres cecidérunt et adoravérunt.

RESPONSORIUM — AP 11, 17; 1, 4; cf. 11, 18; Ps 144 (145), 10

R/. Grátias ágimus tibi, Dómine Deus omnípotens, qui es
et qui eras et qui ventúrus es, * Quia regnásti et advénit
tempus reddéndi mercédem servis tuis et sanctis.

V/. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua,
et sancti tui benedícant tibi. * Quia.

LECTIO ALTERA

Ex Sermónibus sancti Bernárdi abbátis (Sermo 2:
Opera omnia, Edit. Cisterc. 5 [1968], 364-368)

### Properemus ad fratres qui nos exspectant

Ad quid ergo sanctis laus nostra, ad quid glorificátio nostra, ad quid nostra hæc ipsa sollémnitas? Quo eis terrénos honóres, quos iuxta verácem Fílii promissiónem honoríficat Pater cæléstis? Quo eis præcónia nostra? Honórum nostrórum sancti non egent, nec quidquam eis nostra devotióne præstátur. Plane quod eórum memóriam venerámur, nostra ínterest, non ipsórum. Ego in me, fáteor, ex hac recordatióne séntio desidérium véhemens inflammári.

Hoc enim primum desidérium, quod in nobis sanctórum memória vel éxcitat vel íncitat magis, ut eórum tam optábili societáte fruámur et mereámur concíves et contubernáles esse spiríttuum beatórum, miscéri cœtui patriarchárum, cúneis prophetárum, senátui Apostolórum, mártyrum exercítibus numerósis, confessórum collégiis, vírginum choris, in ómnium dénique cólligi et collætári communióne sanctórum. Præstolátur nos Ecclésia illa primitivórum, et neglégimus; desíderant nos sancti, et parvi péndimus; exspéctant nos iusti, et dissimulámus.

Excitémur aliquándo, fratres; resurgámus cum Christo, quærámus quæ sursum sunt, quæ sursum sunt sapiámus. Desiderémus desiderántes nos, properémus ad præstolántes nos, exspectántes nos votis præoccupémus animórum. Non modo tantum sociétas, sed étiam felícitas nobis est optánda sanctórum, ut quorum desiderámus præséntiam, glóriam quoque ferventíssimis stúdiis ambiámus. Neque enim perniciósa ambítio hæc, aut illíus affectátio glóriæ ullátenus periculósa est.

Hoc ergo secúndum desidérium, quod ex sanctórum commemoratióne flagrat in nobis, ut sicut illis sic étiam nobis Christus appáreat, vita nostra, et nos quoque cum ipso appareámus in glória. Interim nempe non sicut est, sed sicut pro nobis factum est, caput nostrum nobis repræsentátur, non coronátum glória, sed peccatórum nostrórum circúmdatum spinis. Púdeat sub spináto cápite membrum fíeri delicátum, quod omnis ei ínterim púrpura non tam honóris sit quam irrisiónis. Erit cum vénerit Christus, nec mors eius ultra annuntiábitur, ut sciámus quóniam ipsi quoque mórtui sumus, et cum eo abscóndita est vita nostra. Apparébit

caput gloriósum, et cum eo membra glorificáta fulgébunt, cum vidélicet reformábit corpus humilitátis nostræ configurátum glóriæ cápitis, quod est ipse.

Hanc ergo glóriam tota et tuta ambitióne concupiscámus. Sane ut eam nobis speráre líceat et ad tantam beatitúdinem aspiráre, summópere nobis desideránda sunt suffrágia quoque sanctórum, ut quod possibílitas nostra non óbtinet, eórum nobis intercessióne donétur.

Responsorium — Ap 19, 5b. 6b; Ps 32 (33), 1

R/. Laudem dícite Deo nostro, omnes servi eius
et qui timétis Deum, pusílli et magni! * Quóniam
regnávit Dóminus Deus noster omnípotens.

V/. Exsultáte, iusti, in Dómino; rectos decet collaudátio. * Quóniam.

Hymnus Te Deum, 212.

## Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári, † quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 462






## Psalmodia

Antiphonale Monasticum III (2007) p. 259






## Psalmus 62 (63), 2-9
## Anima Dominum sitiens

Deus, Deus **me**us **es** tu, *
ad te de **lu**ce **ví**gilo.
Sitívit in te **á**nima **me**a, *
te desiderávit **ca**ro **me**a.
In terra desérta et árida et inaquósa, †
sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, *
ut vidérem virtútem tuam et **gló**riam **tu**am.
Quóniam mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, *
lábia **me**a lau**dá**bunt te.
Sic benedícam te in **vi**ta **me**a *
et in nómine tuo levábo **ma**nus **me**as.
Sicut ádipe et pinguédine repleátur **á**nima **me**a, *
et lábiis exsultatiónis lau**dá**bit os **me**um.
Cum memor ero tui super **stra**tum **me**um, *
in matutínis medi**tá**bor **de** te,
quia fuísti adi**ú**tor **me**us, *
et in velaménto alárum tuárum **ex**sul**tá**bo.
Adhæsit ánima **me**a **post** te, *
me suscépit **déx**tera **tu**a.

*Dan 3, 87*

Antiphonale Monasticum III (2007) p. 257




## Canticum Dan 3, 57-88. 56
## Omnis creatura laudet Dominum

Benedícite, ómnia ópera *Dómini*, **Dó**mino, *
laudáte et superexaltáte eum *in* **sæ**cula.
Benedíc*ite, cæli*, **Dó**mino, *
benedícite, ángeli Dóm*ini*, **Dó**mino.
Benedícite, aquæ omnes, quæ super *cælos sunt*, **Dó**mino, *
benedícat omnis vir*tus* **Dó**mino.
Benedícite, sol *et luna*, **Dó**mino, *
benedícite, stellæ cæ*li*, **Dó**mino.
Benedícite, omnis im*ber et ros*, **Dó**mino, *
benedícite, omnes ven*ti*, **Dó**mino.
Benedícite, ignis *et æstus*, **Dó**mino, *
benedícite, frigus et æ*stus*, **Dó**mino.
Benedícite, rores et *pruína*, **Dó**mino, *
benedícite, gelu et fri*gus*, **Dó**mino.
Benedícite, glácies *et nives*, **Dó**mino, *
benedícite, noctes et di*es*, **Dó**mino.
Benedícite, lux et *ténebræ*, **Dó**mino, *
benedícite, fúlgura et nu*bes*, **Dó**mino.
Bene*dícat terra* **Dó**minum, *
laudet et superexáltet eum *in* **sæ**cula.

Benedícite, montes *et colles*, **Dó**mino, *
benedícite, univérsa germinántia in ter*ra*, **Dó**mino.
Benedícite, mária et *flúmina*, **Dó**mino, *
benedícite, fon*tes*, **Dó**mino.
Benedícite, cete et ómnia quæ movéntur *in aquis*, **Dó**mino, *
benedícite, omnes vólucres cæ*li*, **Dó**mino.
Benedícite, omnes béstiæ et *pécora*, **Dó**mino, *
benedícite, fílii hómi*num*, **Dó**mino.
Bénedic, *Israel*, **Dó**mino, *
laudáte et superexaltáte eum *in* **sæ**cula.
Benedícite, sacerdótes *Dómini*, **Dó**mino, *
benedícite, servi Dómi*ni*, **Dó**mino.
Benedícite, spíritus et ánimæ *iustórum*, **Dó**mino, *
benedícite, sancti et húmiles cor*de*, **Dó**mino.
Benedícite, Ananía, Azaría, *Mísael*, **Dó**mino, *
laudáte et superexaltáte eum *in* **sæ**cula.
Benedicámus Patrem et Fílium *cum Sancto* **Spí**ritu; *
laudémus et superexaltémus eum *in* **sæ**cula.
Benedíctus es in fir*maménto* **cæ**li *
et laudábilis et gloriósus *in* **sæ**cula.

In fine huius cantici non dicitur Gloria Patri.

*Ps 148, 14; 149, 9*

Antiphonale Monasticum III (2007) p. 258






## Psalmus 149
### Exsultatio sanctorum

Cantáte Dómino cánticum **no**vum; *
    laus eius in ecclési*a sanc***tó**rum.
Lætétur Israel in eo, qui fecit **e**um, *
    et fílii Sion exsúltent in *rege* **su**o.
Laudent nomen eius in **cho**ro, *
    in týmpano et cíthara *psallant* **e**i,
quia beneplácitum est Dómino in pópulo **su**o, *
    et honorábit mansuétos *in sa***lú**te.
Iúbilent sancti in **gló**ria, *
    lætentur in cubí*libus* **su**is.
Exaltatiónes Dei in gútture e**ó**rum *
    et gládii ancípites in má*nibus* e**ó**rum,
ad faciéndam vindíctam in nati**ó**nibus, *
    castigatió*nes in* **pó**pulis,
ad alligándos reges eórum in com**pé**dibus *
    et nóbiles eórum in má*nicis* **fér**reis,
ad faciéndum in eis iudícium con**scríp**tum: *
    glória hæc est ómnibus *sanctis* **e**ius.

LECTIO BREVIS — Eph 1, 17-18

Deus Dómini nostri Iesu Christi, Pater glóriæ det vobis Spíritum sapiéntiæ et revelatiónis in agnitióne eius, illuminátos óculos cordis vestri, ut sciátis quæ sit spes vocatiónis eius, quæ divítiæ glóriæ hereditátis eius in sanctis.

Antiphonale Monasticum III (2007) p. 258




Antiphonale Monasticum III (2007) p. 258



## Preces

Deum, corónam sanctórum ómnium, gaudénter deprecémur:

R/. Per intercessiónem sanctórum salva nos, Dómine.

Deus, fons sanctitátis, qui multifórmis grátiæ tuæ mirabília in sanctis fulgére fecísti, * concéde nobis in illis magnitúdinem tuam celebráre. R/.

Providentíssime ætérne Deus, qui perfectióres Fílii tui imágines in sanctis nobis ostendísti, * præsta, ut ad uniónem cum Christo per illos efficácius moveámur. R/.

Rex cælórum, qui per fidéles Christi sectatóres ad futúram civitátem nos íncitas, * fac ut ab illis de tutióre via illuc perveniéndi edoceámur. R/.

Deus, qui in sacrifício córporis Fílii tui árctius cæléstibus íncolis nos coniúngis, * auge devotiónem nostram, ut cúltui eórum perféctius conformémur. R/.

Pater noster.

### Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári, † quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

## AD TERTIAM

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 186




Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessiónem pérsonent,
flamméscat igne cáritas,
accéndat ardor próximos.

Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore. Amen.

## Psalmodia

Antiphonale Monasticum (1934) p. 648



## Psalmus 119 (120)
## Desiderium pacis

*In tribulatione patientes, orationi instantes (Rom 12, 12).*

Ad Dóminum, cum tribulárer, cla**má**vi, *
 et *exau***dí**vit me.
Dómine, líbera ánimam meam a lábiis men**dá**cii, *
 a lin*gua do***ló**sa.
Quid detur tibi aut quid apponátur **ti**bi, *
 lin*gua do***ló**sa?
Sagíttæ poténtis a**cú**tæ *
 cum carbónibus iu*nipe***ró**rum.
Heu mihi, quia peregrinátus sum in **Mo**soch, *
 habitávi ad taberná*cula* **Ce**dar!
Multum íncola fuit ánima **me**a *
 cum his, qui o*dérunt* **pa**cem.
Ego eram pa**cí**ficus; *
 cum loquébar, illi *impu***gná**bant me.

## Psalmus 120 (121)
## Custos populi

*Non esurient amplius, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol neque ullus æstus (Ap 7, 16).*

Levábo óculos meos in **mon**tes: *
 unde véniet auxí*lium* **mi**hi?
Auxílium meum a **Dó**mino, *
 qui fecit cæ*lum et* **ter**ram.
Non dabit in commotiónem pedem **tu**um, *
 neque dormitábit, *qui cus***tó**dit te.

Ecce non dormitábit neque **dór**miet, *
    qui cus*tódit* **Is**rael.
Dóminus custódit te, †
    Dóminus umbráculum **tu**um, *
    ad manum déx*teram* **tu**am.
Per diem sol non percút**iet** te, *
    neque lu*na per* **noc**tem.
Dóminus custódiet te ab omni **ma**lo; *
    custódiet ánimam *tuam* **Dó**minus.
Dóminus custódiet intróitum tuum et éxitum **tu**um *
    ex hoc nunc et us*que in* **sæ**culum.

## Psalmus 121 (122)
## Civitas sancta Ierusalem

*Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis,*
*Ierusalem cælestem (Hebr 12, 22).*

Lætátus sum in eo quod dixérunt **mi**hi: *
    «In domum Dó*mini* **í**bimus».
Stantes iam sunt pedes **nos**tri *
    in portis tu*is, Ie***rú**salem.
Ierúsalem, quæ ædificáta est ut **cí**vitas, *
    sibi compácta *in i***dí**psum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus **Dó**mini, *
    testimónium Israel, ad confiténdum nó*mini* **Dó**mini.
Quia illic sedérunt sedes ad iu**dí**cium, *
    sedes *domus* **Da**vid.
Rogáte, quæ ad pacem sunt Ie**rú**salem: *
    «Secúri sint *dili***gén**tes te!
Fiat pax in muris **tu**is, *
    et secúritas in túr*ribus* **tu**is!».
Propter fratres meos et próximos **me**os *

*loquar*: «**Pax** in te!».
Propter domum Dómini Dei **nostri** *
*exquíram* *bona* **ti**bi.

## Lectio brevis Is 65, 18-19

Gaudébunt et exsultábunt usque in sempitérnum in his, quæ ego creo, quia ecce ego creo Ierúsalem exsultatiónem et pópulum eius gáudium. Et exsultábo in Ierúsalem et gaudébo in pópulo meo, et non audiétur in ea ultra vox fletus et vox clamóris.

V/. Gaudéte et exsultáte, omnes sancti.
R/. Quóniam merces vestra copiósa est in cælis.

## Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári, † quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Christum.

## AD SEXTAM

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus






Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed præmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## Psalmodia

*Sir 44, 15*

Antiphonale Monasticum III (2007) p. 260




## Psalmus 122 (123)
## Dominus fiducia populi

*Duo cæci ... clamaverunt: «Domine, miserere nostri, Fili David» (Mt 20, 30).*

Ad te levávi *óculos* **me**os, *
qui há*bitas in* **cæ**lis.
Ecce sicut ócu*li ser***vó**rum

ad manus dominór*um su*ó**rum, *
sicut óculi ancíllæ ad manus *dóminæ* **su**æ,
ita óculi nostri ad Dóminum *Deum* **nos**trum, *
donec mise*reátur* **nos**tri.
Miserére nostri, Dómine, mise*rére* **nos**tri, *
quia multum repléti sumus *despecti***ó**ne;
quia multum repléta est *ánima* **nos**tra *
derisióne *abun***dán**tium
et despectió*ne super***bó**rum.

## Psalmus 123 (124)
## Adiutorium nostrum in nomine Domini

*Dixit Dominus Paulo: «Noli timere ... quia ego sum tecum» (Act 18, 9-10).*

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel, †
nisi quia Dóminus *erat in* **no**bis, *
cum exsúrgerent *hómines* **in** nos:
forte vivos *deglu***tís**sent nos, *
cum irascerétur furor *eórum* **in** nos.
Fórsitan aqua absorbuísset nos, †
torrens pertransísset á*nimam* **nos**tram *
fórsitan pertransíssent ánimam nostram aquæ *intume***scén**tes.
Bene*díctus* **Dó**minus; *
qui non dedit nos in direptiónem dén*tibus e***ó**rum.
Anima nostra sicut pas*ser e***rép**ta est *
de lá*queo ve***nán**tium:
láque*us con***trí**tus est, *
et nos *erépti* **su**mus.
Adiutórium nostrum in nó*mine* **Dó**mini, *
qui fecit *cælum et* **ter**ram.

## Psalmus 124 (125)
## Dominus custos populi sui

*Pax super Israel Dei (Gal 6, 16).*

Qui confídunt in Dómino si*cut mons* **Si**on: *
  non commovébitur, in *ætérnum* **ma**net.
Ierúsalem, montes in circúitu eius, †
  et Dóminus in circúitu pó*puli* **su**i *
  ex hoc nunc et *usque in* **sæ**culum.
Quia non requiéscet virga iniquitátis super sor*tem ius***tó**rum, *
  ut non exténdat iusti ad iniquitá*tem manus* **su**as.
Bénefac, Dó*mine*, **bo**nis *
  *et rectis* **cor**de.
Declinántes autem per vias pravas †
  addúcet Dóminus cum operántibus in*iqui***tá**tem. *
  *Pax super* **Is**rael!

### Lectio brevis 1 Petr 1, 15-16

Secúndum eum, qui vocávit vos, sanctum, et ipsi sancti in omni conversatióne sitis, quóniam scriptum est: Sancti éritis, quia ego sanctus sum.

V/. Lætámini, iusti, in Dómino.
R/. Et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

### Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári, † quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, * multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Christum.

V/. Deus, in adiutórium. Glória Patri. Sicut erat. Alleluia.

## Hymnus

Liber Hymnarius (1983) p. 188




Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed præmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum. Amen.

## Psalmodia

*Hebr 11, 33*

Antiphonale Monasticum III (2007) p. 260






Psalmus 125 (126)
Gaudium et spes in Deo

*Sicuti socii passionum estis, sic eritis et consolationis (2 Cor 1, 7).*

In converténdo Dóminus captivi**tá**tem **Si**on, *
 facti sumus quasi *somni***án**tes.
Tunc replétum est gáudi**o** os **nos**trum, *
 et lingua nostra exsul*tati***ó**ne.
Tunc dicébant **in**ter **gen**tes: *
 «Magnificávit Dóminus fáce*re cum* **e**is».
Magnificávit Dóminus fáce**re** no**bís**cum; *
 facti su*mus læ***tán**tes.
Convérte, Dómine, captivi**tá**tem **nos**tram, *
 sicut torrén*tes in* **au**stro.
Qui sémi**nant** in **lá**crimis, *
 in exsultati*óne* **me**tent.
Eúntes **i**bant et **fle**bant *
 semen spargén*dum por***tán**tes;
veniéntes autem vénient in exsul**ta**ti**ó**ne *
 portántes maní*pulos* **su**os.

Psalmus 126 (127)
Vanus labor sine Domino

Dei ædificatio estis (1 Cor 3, 9).

Nisi Dóminus ædifi**cá**verit **dom**um, *
 in vanum labórant, qui ædí*ficant* **e**am.

Nisi Dóminus custodíerit **civitá**tem, *
    frustra vígilat, qui cus*tódit* **e**am.
Vanum est vobis ante lucem súrgere et sero quiéscere, †
    qui manducátis **pa**nem la**bó**ris, *
    quia dabit diléctis *suis* **som**num.
Ecce heréditas **Dómini fílii**, *
    merces *fructus* **ven**tris.
Sicut sagíttæ in **ma**nu po**tén**tis, *
    ita fílii *iuven***tú**tis.
Beátus vir, qui implévit pháretram **su**am ex **ip**sis: *
    non confundétur, cum loquétur inimícis su*is in* **por**ta.

## Psalmus 127 (128)
## Pax domestica in Domino

*«Benedicat te Dominus ex Sion», id est: ex Ecclesia sua (Arnobius).*

Beátus omnis, qui **ti**met **Dó**minum, *
    qui ámbulat in *viis* **e**ius.
Labóres mánuum tuárum **man**du**cá**bis, *
    beátus es, et bene *tibi* **e**rit.
Uxor tua sicut **vi**tis fruc**tí**fera *
    in latéribus *domus* **tu**æ;
fílii tui sicut novéllæ **oli**vá**rum** *
    in circúitu *mensæ* **tu**æ.
Ecce sic benedi**cé**tur **ho**mo, *
    qui *timet* **Dó**minum.
Benedícat tibi Dómi**nus** ex **Si**on, *
    et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vitæ* **tu**æ;
et vídeas fílios fili**ó**rum tu**ó**rum. *
    Pax *super* **Is**rael!

Lectio brevis — Ap 21, 10-11a; 22, 3b-4

